



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

7. De Argumentis & Affectibus generis deliberatiui.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

salus animæ, corporis, fortunarum, compendiosius est ad suasionem, & dissuasionem iter. Ecce Olibano comiti multis criminibus immerito, suadendum fuit, ut religiosum institeret, aut utilitatis magnitudo hominem ad alia omnia, ut videbatur, profusum natum inflectere potuisset, ut id consilij caperet? At ubi à viro sancto, cui suam conscientiam permiserat, audiuit nullum aliud ad æternam felicitatem sibi iter esse relictum: Homo, qui à teneris aulæ delicijs affluenter, ita repente est immutatus, ut relicto pristino vitæ genere, totum se religiosæ disciplinæ committeret. Oreyrus hamo caprus luculentius sibi vulnus infert, ut hamum extrudat: Qui veneno infectum habent membrum, id patiuntur, quanquam acerrimo dolore excindi, laniam omnem subeunt, ut quod reliquum est vitæ, seruent, ac tueantur, inducti vna ratione necessitatis.

Platus l. c. 14.

Oreyrus piscis ars. Elianus de animalibus.

Nec aliud habet potentius argumentum M. Tullius ad suadendum bellum aduersus M. Antonium, quam istud, *Agitur enim, non quæ conditione victuri, sed victurine sumus, an cum supplicio, ignominiaq; periturus.*

Cicero Philip. 4.

Additur his quoque capitibus facilis, iucundique ratio, quæ non leue ad inflectendos animos forta est momentum. Quamuis enim res, & honesta sit, & multas contineat cum honestate coniunctas utilitates; tamen si nimis sit operosa, deterret plerumque animos, & minores habet ad suadendum emissiones.

De argumentis, & affectibus generis deliberatiui.

CAPVT VII.

Argumenta huius generis primùm sunt omnes loci topici, de quibus libro quarto fusius actum est, deinde auctoritates, & testimonia, pacta, conuentiones, exempla, & cætera similia.

Sed nihil ita familiare est, ac sunt rerum, personarum, locorum, temporum, rationum, causarum denique adiuncta, è quibus, si rem bene discutias, inuenies omnia fere decerpi argumenta.

Dilabor. gen.

Nec vllum validius est relum, quam omnibus communibus de honestate digres-

sionibus, ad ea, quæ rei intima sunt deuenire.

Affectus autem huius partis præcipui sunt, desiderij, spei, amoris, timoris. Nam vel bona querenda proponuntur, & tunc eorum desiderium excitari, atque inflammari solet: vel ad desiderium accedit certa, atque explorata ratio facultatum, quibus ea facile possumus assequi, & hoc spem erigit, erectamque fouet, ac sustentat: Vel rei bonitas, pulchritudo, utilitas, quasi præsens ob oculos ponitur, ut ardentiores quasdam amoris faces iniiciat. Si contra dissuadendum est, res impeditæ, difficiles, molestæ, terribiles ingeruntur, quibus motus terroris, & desperationis commouentur.

Affectus.

Demades orator, cum fortè ad Philippum Regem legatus missus esset, ut eum Athenarum desiderio incenderet, urbem descripsit in mensa. Contra, Cicero ut pacem dissuadeat cum M. Antonio faciendam, postquam nullam intercedere posse ostendit, ut motus terroris, & odij inurat, eius crudelitatem depingit.

Hermog. lib. 1. de Inuent.

Nullus ei ludus videtur esse iucundior, quam cruor, quam cædes, quam ante oculos trucidatio ciuium.

Cicero Philip. 4.

De artificio suasionum, & dissuasionum.

CAPVT VIII.

Suasionis igitur, vel dissuasionis hoc primum caput est, ut venæ teneantur hominum, intimique eorum delibentur sensus, cum quibus res agenda est. Neque solum natura, ingenium, institutio, conditio, sed etiam affectus, ut amores, odia, merus, voluptates, & priuata quæque adiuncta perquirenda sunt; Quæ, quò melius dignoscuntur, eò faciliorem suppeditant persuadendi rationem.

Suadendi & persuadendi ars.

Atque ut Imperator in vrbis obsidione loca omnia sagacissimè pertentat, ut qua parte debiliorem viderit, hac impressionem faciat, sic orator omnes pectoris aditus collustrat, antequam destinato, quod cupit, ictu feriat. Hæc ars fuit Alexandri Magni, non minus disertis oratoris, quam nauis Principis, qui cum exercitum haberet, ex varijs gentibus conflatum,

Curtius lib. 4.

Gggg 3 flatum,